



Boston Catholic Journal

www.boston-catholic-journal.com
editor@boston-catholic-journal.com

The Holy Rosary in Latin

Mysteria Luminosa The Luminous Mysteries of the Holy Rosary

In nomine Patris,
et Filii,
et Spiritus Sancti,
Amen.

Prefatory Prayer:

V./ Domine, labia mea aperies,
R./ Et os meum annuntiabit laudem tuam.
V./ Deus in adiutorium meum intende,
R./ Domine ad adiuvandum me festina.

I. Primum Mysterium Luminosa: Baptisma Domini nostri Iesu Christi

(The Baptism of Jesus)

"¹³ Tunc venit Iesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. ¹⁴ Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? ¹⁵ Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. ¹⁶ Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cæli: et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. ¹⁷ Et ecce vox de cælis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

II. Secundum Mysterium Luminosa: Nuptiae Canenses

(the Wedding at Cana)

¹ Et die tertia nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat mater Jesu ibi. ² Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias. ³ Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. ⁴ Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. ⁵ Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. ⁶ Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Judaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas. ⁷ Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. ⁸ Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. ⁹ Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, ¹⁰ et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. ¹¹ Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilaeae; et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus. ¹² Post hoc descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus: et ibi manserunt non multis diebus."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

III. Tertium Mysterium Luminosa: Proclamatio Regni Dei

(the Proclamation of the Kingdom of God)

"¹⁴ Postquam autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei, ¹⁵ et dicens: Quoniam impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei: pœnitementi, et credite Evangelio. ³ Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. ⁴ Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum ubi erat: et patefacientes submiserunt grabatum in quo paralyticus jacebat. ⁵ Cum autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. ⁶ Erant autem illic quidam de scribis sedentes, et cogitantes in cordibus suis: ⁷ Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ⁸ Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? ⁹ Quid est facilius dicere paralytico : Dimittuntur tibi peccata: an dicere : Surge, tolle grabatum tuum, et ambula? ¹⁰ Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico), ¹¹ tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam. ¹² Et statim surrexit ille: et, sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, et honorificent Deum, dicentes : Quia numquam sic vidimus."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

IV. Quartum Mysterium Luminosa: Transfiguratio

(the Transfiguration of Jesus)

²⁸ Factum est autem post haec verba fere dies octo, et assumpsit Petrum, et Jacobum, et Joannem, et ascendit in montem ut oraret. ²⁹ Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera: et vestitus ejus albus et refulgens. ³⁰ Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses et Elias, ³¹ visi in majestate: et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem. ³² Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant somno. Et evigilantes viderunt majestatem ejus, et duos viros qui stabant cum illo. ³³ Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum: Praeceptor, bonum est nos hic esse: et faciamus tria tabernacula, unum tibi, et unum Moysi, et unum Eliae: nesciens quid diceret. ³⁴ Haec autem illo loquente, facta est nubes, et obumbravit eos: et timuerunt, intransibilibus illis in nubem. ³⁵ Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. ³⁶ Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt, et nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quae viderant."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

V. Quintum Mysterium Luminosa: Institutio Eucharistiae

(the Institution of the Holy Eucharist)

"²⁶ Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite : hoc est corpus meum. ²⁷ Et accipiens calicem, gratias egit: et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. ²⁸ Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ²⁹ Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

Salve, Regina, Mater misericordiae!

vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exules filii Evae.

Ad te suspiramus,

gementes, et flentes, in hac lacrimarum valle.

Eia ergo, advocata nostra,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria!

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus:

Gratiam tuam quaesumus, Domine,
mentibus nostris infunde, ut qui,
angelo nuntiante, Christi Filii tui
incarnationem cognovimus

per passionem eius et crucem,
ad resurrectionem gloriam perducamur,
per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

In nomine Patris,
et Filii,
et Spiritus Sancti.

Amen.

<http://www.boston-catholic-journal.com/holy-rosary-in-latin-the-luminous-mysteries/listen-to-the-holy-rosary-in-latin-the-luminous-mysteries.htm>



Copyright © 2004 - 2010 Boston Catholic Journal. All rights reserved.